

78 N 13 [18] X3012482

SACRVM PIETATIS MONVMENTVM,
QVOD

VIRO
PRAENOBILISSIMO, CLA-
RISSIMO AC DOCTIS-
SIMO DOMINO,

DOMINO
SALOMONI
HENCKELIO,

PER COMPLVRES ANNOS GYMNASII,
QVOD MERSEBVRGI EST CON-RECTORI
FIDELISSIMO,

PRAECEPTORI SVO
EXQUISITISSIMA OBSERVANTIA COLENDO,

QVVM d. ¹⁶ ~~20~~ MARCH ANNI A. C. N. MDCCXXXI,
ARDVO RECTORIS MVNERE FVNCTVRVS, SOLLEMNI
RITV PRÆFICERETVR GYMNASIO,

IN TESSERAM GRATI ANIMI QVALEM CVNQVE,

venerabundo & gratulabundo
calamo posuerunt

ALVMNI ORDINIS SECVNDI.

~~.....~~

MERSEBVRGI,

LITTERIS IOH. MAVRIT. GOTTSCHICKII,



Kapsel 78 N 13 [18]

VD 18

Ak



Vnesto sonitu pie gemebant
Haud pridem iuga consecrata nostri
Pindi, nec lacrimas minus soluta
In salvas, qverulaqve cum cypresso
Mæstum Pierides caput revincta,
Turbatis fidibus lyras premebant:
VHSEI tumuloqve manibusqve
Dicentes decies vale supremum.

Voces has lacrimabiles Apollo,
Cui stat præsidium senile Pindi,
Tristi percipiebat aure, quumqve
Incumbat sacra cura literarum
Ipsi, mox remoris repudiatis,
Celsa mente sua revolvit, vnde
Et qvanam ratione sit paranda
Inflicta medicina docta plagæ.
Isthinc purpurea toga resumta,
Et sceptro manibus suis prehensio,
Augusto folio renixus, ad se
Musarum vocat entheam catervam;
Qua ceu Pleiadum cohorte Tauri
Sidus flammivomum, stipatus, ora
Verbis sollicitis dat his soluta:
Quas in deliciis meis repono
Summis, Castalia novem puella,
Noctis, quam validi sit hoc momenti,
Annis vt teneris tenax iuventus
Artes imbibat optimas; odore
Nam quo testa recens respersa, servat
Constans huncce diu. Simulve noctis,
Quod sint Herculei fere labores,
Fida discipulos rudes polire
Doctrina, iuvenum plerumqve mores
Corruptos probitate temperare.
Nam ceu sponte sua vel hoc in agro,
Qui versatus erat tamen ligone,
Sparfus feminibusqve copiosis,
Subnasci lolium ferax videmus;
Quod iusto nisi vellicetur avo,
Ipsam vel segetem necat virentem:
Noxarum genus omne criminumque
Sic crescunt & in institutione
Ipsa flexibilis statim iuventæ
Quodvis in vitium; quod vndiqvaqve
Herba ni iugulerur in recenti,
Virtutum perimit decus virile.
Noctis, quam volucris sit ista rara
In terris, similis quidem nigranti

Cygnō, Pegaseis probe rigatus
Vndis, . alladis & sinu benigne
Nutritus, licet eruditionis
Thesaurus crepet vniversus orbis.
Isthinc condecorate vestra membra
Ornatu solito, mei per oras
Omnes imperii cito volate
Cursū, cum studio virumqve dignum,
Cui iam de merito sit offerendum,
VHSEL nece quod vacat peracri,
Munus, quærite, nil tamen moratæ.
Promptæ iussa sequi, tremenda sceptrâ
Phœbi grandiloqui deofculantur
Submissis labiis novem sorores.
Incertis pedibus diu vagantur
Huc illuc, foribus deinde vero
Caris HENCKELII, VIRI CELEBRIS,
Inouit vestigium, pariqve lance
Expensis meritis VIRI PERAMPLI,
Sic inquit senior, Clio, fororum
Sacrarum: focia graves, adeste
Huc linguis animisqve, nam notavit
HVNC Phœbus dubio procul disertis
Verbis, quæ dedit antea. Probavit
Nobis HENCKELIVS fati superqve
Hucdum mirificam fidelitatem,
Qua mentes teneras in optimarum
Intruxit studiis scientiarum.
Eheu! quanta seges virum proborum,
Solers EIVS ab ore quæ pependit,
Iam civile forum sacrumqve stipat,
Et fructus patriæ refert ab EIVS
Cura, cui vel adhuc dicatus ingens
Est cærus iuvenum, sedent in EIVS
Qui labris apis instar eruditus,
Doctrinæqve trahunt mel inde dulce.
Hinc præclara licebit augurari
Ex HVIVS pariter penu deinceps;
HVNC regi placet indicare nostro.
Voci Mæonides huic fororis
Adplaudunt reliquæ, leviqve penna
Festinant ad Apollinem, parentem.
Arridens probat is relata cuncta
Mûsarum vigilum, iuber coronam
Connectant meritam virente lauro;
Imponant capitique gratulantes,
Cerratim pia vota nuncupando.
Clio prima canit: TVVM celebre
Nomen flore vigebit haud caduco.
Laudes atqve TVÆ fidelitatis
Numquam posteritas tacebit ulla,
Sed grata recoler piaqve mente,

Pergit Calliope: TVI laboris
 Pellat tædia svavitare cælum
 Arcana, relevent negotiosum
 Vitam prospera quæque condiantque;
 Ceu ros germina folis igne tosta,
 Stillanti recreat suo liqvore.
 Instat Melpomene: procul faceffiant
 Sortis tristitia tela, morbus omnis,
 Nex, ærumna, domesticum periculum,
 Mœror, debilitas, dolorque mentis,
 Et centum genus id timenda damna,
 Non cantare placet TIBI molestum
 Lessum, carmina sed secunda tantum.
 Illam subsequitur Thalia fando:
 Sicut strenuus horrulanus omnis
 Proventu metit arborum fideli
 Sudoris pretium quotidianum:
 Sic esto manuum labor TVARVM,
 Et mandata TIBI iuventa vernet,
 Decerpas vt ab eruditione
 Huius deliciasque præmiumque,
 Filium mox Erato sororis orsum
 Porro continuat: favor perennet
 Fautorum gravium magisque crescat;
 Crescat fama TVI, TVI que cultus
 Crescat discipulis amoris ardor
 Et flagrans studium sui magistri.
 Quin crescat, repetit reciprocatis
 Euterpe precibus, beata vita
 Ad summum senium, sit & senecta
 Tandem cana velut recens iuventa.
 Addit Terpsichore: nihil recedat
 De membris animoque firmitatis.
 Esto lampadis instar exedentis
 Sese, funditur at cui perenne
 Et vivax oleum, perit nec inde.
 Assentit Polyhymniæ loqvela:
 Tot casus TIBI blandiantur vsque,
 Felices, quot in vrbibus subinde
 Et pagis recinunt TVVM laborem
 Et curam sibi præstitam, litantque
 Voris ingenuis TVÆ salutis.
 Tandem Castalidum chorum novenum
 Claudens Vranie dat hæcce dicta:
 Intra celsa poli recondor astra,
 Contemtis opibus soli caduci.
 Heic belle! solida TVOS lacertos,
 HENCKELI, vigilique parce nulli
 Curæ, nam locus est TIBI paratus
 Iamiam fidereis in hisce templis.
 Huc vitæ sâtur asperæ fereris,
 Defunctusque molestiis olympi
 Isthic oria sempiterna carpes.

78 N 13 [18] X3012482

SACRVM PIETATIS MONVMENTVM,
QVOD

VIRO
PRAENOBILISSIMO, CLA-
RISSIMO AC DOCTIS-
SIMO DOMINO,
DOMINO
SALOMONI
HENCKELIO,

PER COMPLVRES ANNOS GYMNASII,
QVOD MERSEBVRGI EST COM-RECTORI
FIDELISSIMO,

PRAECEPTORI SVO
EXQVISITISSIMA OBSERVANTIA COLENDO,

QVVM d. 26^{to} MARTII ANNI A. C. N. MDCCXXXII,
ARDVO RECTORIS MVNERE FVNCTVRVS, SOLLEMNI
RITV PRAEFICERETVR GYMNASIO,

IN TESSERAM GRATI ANIMI QVALEM CVNQVE,

venerabundo & gratulabundo
calamo postulerunt

ALVMI ORDINIS SECVNDI.

~~ALVMI ORDINIS SECVNDI.~~
MERSEBVRGI,
LITTERIS IOH. MAVRIT. GOTTSCHICKII,



Kapsel 78 N 13 [18]

VD 18

AK

